

esse sit ipsum operari neque possibile sit ipsum
aliquid operi sapienter et non prudenter
Dicat autem forsitan aliquis et potestis esse to-
taliter actiones et voluntates. Sicut cursus
equi totus et fructus gressibili ipsius et non
et calcaribus aut freno nec et copticiis
calcarum aut freno. Sic non ex ipso velle
actu sive actuali est aliqua ex actionibus no-
stris quod ipsum velle. Sicut copunctio tantum
est et passio in anima agentis et suggestio fo-
runcula sive imperatis sive mouentur sive
terrentis velud calcarum est. Jam autem di-
xerunt multi ex physis velle et nolle timere
et sperare et cetera homini passiones tantum
esse et ideo secundum sermonem istum sicut calcaria
non equos currere facit nec cursus eius
cause sunt vel dicunt punctiones vero cal-
carum excitationes tantum. Sic predicte
passiones animarum nimirum excitationes sunt
ipsarum atque virium earundem ad actiones
suas et non cause. Quicquid igitur nomine
tur malicia secundum hoc non erit causa actionis.
Sint igitur ista tibi in hoc capitulo mate-
ria exercitacionis ingenii quam declaratio ac
diffinitio rerum istarum tractatum diffusiores
ac perscrutaciones desiderat.

Vtrum autem venationes hominum et
animalium sic in divinam curam ca-
dant et prudenter et actiones vo-
luntarie que videntur omnino in differentes
et non referre an fiat annona fiant questio-
nes hisque potius aliqui ridiculosus reputatur quod
fructuosus aut investigatione dignus. Hu-
i usmodi sunt an per curam et prudenter creatoris
cadat iste pisces in rethe piscatoris po-
tius quam aliis. et an euadatur alius per pruden-
tiam creatoris quam parcat eisdem a captione et
deuoracione. Et eadem est questio de lepori-
bus et capreolis et aliis reciaculis ve-
natorum. In animalium vero venationibus similis
est questio de onagris et leonibus vicis an
per curam et prudenter et iuinam capias aut
deuoref uno? onager a leone uno quam aliis
tunus mus a murilego potius quam aliis. Ea
dem est questio de araneis et muscis et by-
rurinibus et musculis et deuenient iste questio
nes ad canes et ossa advultures et cadaue-
ra ad galinas et grana et alias aves quam gra-
nas veleuntur. In rebus vero voluntariis
similes questiones sunt an per curam et per
prudenter creatoris comedat iste potius haec
buccellata panis quam aliam et plus haec quam ali-
am. Eodem modo se habet de leguminibus an per

curam et prudenter creatoris comedat haec
granum plus quam aliud et hanc fabam potius quam
aliam et an per curam et prudenter creatoris
pares vel impares. Dico igitur in hoc quod
sapientia creatoris non minus attingit vel
modo minima quam maxima vel media
vel econuerso nec minus cognoscit utilita-
tes minimorum licet minimas quam maximum
licet maximas et talesque quam ille ex ipso sunt
et per ipsum sapienter prudenter volenter et
sicut cura fuit ei ut esset singula quemadmodum
predicere. Sic enim cura ordinare singu-
la ad fines suos et utilitates nec dubitate
venatores et pescatores et dicere deus de-
dit mihi hodie pescem istum vel seram istam et
quando nihil capiuit. Similiter apte dicitur
hodie non dedit mihi deus aliquid capere
In qua diuersitate sive alternatione capieendi
uno die vel non capiendo una evidens est
utilitas credulitas et admiratio divine
prudentiae et bonitatis. Similiter exercitatio tem-
oris et amoris creatoris. Similiter et gratia
tudinis in ipsum cum dat eidem gratia re-
feratur et cum non dat timeatur offensus et
de eius munere quod queritur expectet. Debet
autem scire quia quantum pertinet ad id de qua
nunc agitur curare aut non curare per duos
modos aut intentiones dicitur. Et una ex his
potius apud nos ad virtutem nostram moti-
uum mobilium est secundum hunc modum non cu-
rare non habere cordi eosque aliquid ut nec
gaudeat si fiat nec offendatur si non fiat aut
econuerso et iuxta hunc modum non curare
dicitur creatoris apud vulgo oportet id quo nec
offenditur nec placatur. Hoc autem est dicere
per quo nec penitentia infert nec remissionem
largitur et hoc modo nec numerum musca-
rum que ab arraneis capiuntur aut ab hy-
rurinibus glaciuntur. Similiter neque nu-
merorum fabarum quas quis comedit neque
ordinem quo hanc prius illa posterius curat
creatoris forsitan recordat ista intentione ethy-
mologie nominis qua dixerunt quidam
quia cura dicitur qualiter vrens unde et
illa curare dicunt proprie quoque euentus
vel non euentus corda nostra videntur hoc
est mouent quacumque passiones et ira vel pla-
catione dolore vel gaudio et ad creatorum
non pertinet ista intentione nisi per tropum quem
scis. Cum igitur sit in ultimata impassibili-
tatis et immutabilitatis. hic autem tropus est
quia iratus dicitur cum facit ad modum ira-
ti videlicet cum infert ultionem et gaudens
cum largitur remissionem per quocumque